



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiæ. I. II. III.tia

Burghaber, Adam

Fribvrgi Brisgoiæ, 1665

57. Lvcerivs co[n]ductor non tenetur resarcire Lucio locatori damnum exustarum ædium, nisi iste probare possit, indendium accidisse ex culpa certi ac determinati famuli in officio suo, qui communiter ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-40942

etiam maius contra naturam per illud cauere intendat. Atque hæc argumenta aded mihi conuincencia videntur, vt contrariam opinionem Dianæ & aliorum neque probabilem putem, nisi extrinsecè à sola authoritate.

Ad 1. in oppositum dicimus, D. Augustinum iuxta Glossam loqui nõ consulendo, sed permittendo: vel solùm intendit, facturum re-ctius, si adulterium, quàm si homicidium faceret. *Ad 2. Lot à parte rei suadere malum in damnum filiarũ suarum, de quo damno non cogitauerunt Sodomitæ. Ergo peccat. Nec dici potest, illum suadere solùm electionem minoris præ maiore, non autem ipsum malum. Nam id suadet, quod sub minore præcepto nouit esse prohibitum, sed hoc ipsum malum minus non est sola eius electio. Ergo &c.*

Dixi sumendo verba, vt sonant. Nam Caietanus, Pererius, Salianus & alij in cit. locum Genes. volunt, Lot non fuisse locutũ eo animo & proposito, vt id fieret, sed secundum quandam exaggerationem siue hyperbolen ad ostendendũ, quàm graue foret delictum, hospitibus suis tale inferri nocumentum, vt potius permetteret, proprias id pati filias, quo casu subinde aliquis dicit: me potius interfice, quàm vt hoc facias.

LVII. Lucerius conductas à Lucio ades inhabitans familiam alit copiosam multis scil. pro artificio

ificio suo indigens famulis; è quibus nuper vnus
abijt ex officina sua relictis prunis, quas prius pro
opere conficiendo illuc intulerat, quæ mox exar-
descendentes non solam officinam, sed totam domum
incenderunt. Lucius facile suspicatus, malum istud
culpâ alicuius domestici accidisse, postulat nunc
damnum exustarum adinm sibi à Lucerio resarciri.
Quaritur. An iste ad aliquid pro damno tenea-
tur?

Videtur teneri. Ita præter alios Fachineus
in *Controuers. jur. l. 1. c. 87.* & Card. de Lugo de
just. disp. 29. n. 65. Mouentur. Tum quia in-
cendium plerumque culpâ inhabitantium fit,
vt ait I. C. in *l. 3. ff. de off. Præfecti vigilum.* Tum
quia Paterfamilias est caput familiæ, eiusque
imperio domestici subsunt. Ergo quod ne-
gligentiâ domesticorum fit, illius culpâ factû
censetur.

Resp. Lucerium conductorem ac Patrem-
familias ad nihil teneri, nisi Lucius locator
probet, incendium accidisse ex culpa certi ac
determinati famuli in officio suo, qui com-
muniter pro negligenti est habitus, & tamen
à Lucerio in domum inductus & toleratus
fuit. Ita Mathias Berlichius in *conclusionibus
practicis. cent. 4. conclus. 25.* Vdalricus Hunni-
us, Ioannes Wurmserus & plures Iuristæ apud
Dianam *part. 9. Tr. 7. Resol. 31.* & teste Laym.
l. 3. Tr. 4. c. 22. n. 6. cæteri Doctores commu-
niter. Ratio est, Quia si Lucerius ad dam-
num

num refarciendum teneretur, fieret id ratione culpæ latæ, aut levis commiffæ. Atqui hanc talem culpam non commiffit. Ergo &c. Maiorem concedit Lugo *loc. cit.* & admittunt communiter alij DD. *ex textu in l. 25. §. qui columnam. 7. ff. de locatione.* Min. Prob. Si culpam latam aut leuem commiffiffet Lucerius, accidiffet ex eo, quod in domum fuam induiffet ac toleraffet hunc determinatum famulum, qui communiter pro negligenti habitusiam etiam fuâ culpâ & negligentia in officio iftud incendium excitauit. Atqui hoc non ita fe habet, negatque conftanter Lucecerius, vel adfcribi poffe hoc incendium vni determinato famulo, vel vni determinato ex omnibus communiter pro negligenti in officio fuo haberi. Ergo ad nihil tenetur Lucio, donec ifte liquidò illud probet.

Ad rationes in contrarium dicimus, incendia fieri quidem plerumque culpâ inhabitantium, non tamen certi ac determinati hominis in officio fuo communiter negligentis, vt proinde præfumptio hæc nec vera, nec folida, nec fufficiens fit ad condemnationem Patrisfamilias. Addimus non quamuis præfumptionem de culpa inhabitantium Patremf. attingere, aut huic imputari, fed præfumptionem de culpa determinati hominis, qui communiter in officio fuo pro negligenti habitus,

&

& tamen in domum fuit admissus. Vnde clarè patet, nihil hinc euinci.

LVIII. *Luperius juvenis adeò libidini est deditus, vt nec in templo mulierum aspectu illectus abstineat, sed hïc mollitiem exerceat, quam tamen circumstantiam non exprimit nominatim in Confessione, quasi nihil in ea specialis malitia lateret. Queritur. Vtrum pollutio occultè in Ecclesia facta contineat specialem rationem Sacrilegij in Confessione exprimendam?*

Videtur continere. Ita Suarez Tom. 1. de Religione. l. 3. c. 7. n. 4. Thom. Sanchez de Matr. l. 9. D. 15. n. 11. Bonac. de Matr. q. 4. p. 19. n. 7. Lugo D. 16, de Pœnit. num. 461. & plures alij. Probant. Tum quia si ille actus postea publicaretur, Ecclesia haberetur polluta. Ergo ante hanc publicationem iam fuit Sacrilegus. Tum quia est contra reuerentiam templo debitam. Tum quia furtum etiam occultum, si in Ecclesia fiat, sacrilegum censetur. Ergo & pollutio occulta.

Resp. Pollutionem occultam in Ecclesia factam non habere rationem Sacrilegij specialiter in Confessione explicandam. Ita Vasquez in 1. 2. D. 98. c. 3. n. 6. Bas. Pontius de Matr. l. 10. c. 10 n. 15. Martin. Perez de Matr. D. 49. s. 4. Caspens. Tom. 1. Tr. de Pec. D. 2. s. 3. n. 20. Caramel in Reg. S. Benedicti. D. 66. n. 1017. & alij, quos citat & sequitur Diana part. 7. Tr. 11. Resol. 31. Ratio est, quia malitia sacrilegij ex
feminis